SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

4, 131 / 9048

II / 131

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

AUGUSTI GYMNASII GORLICENS. PALÆSTRA

ORATORIO-POETICA,

h. e

EXERCITIA ORATORIA ET POËTICA,

publicè,

nunc in Perorantium Cathedra, nunc in aliquo peculiari Pegmate, nunc in Theatro Scenico,

Florentissima Juventutis Scholasticæ Coronâ Gymn. in Gorl.

intra

Doctrina instaurata ac recognita

SEXENNIUM,

et quod excurrit,

AUDITORIBUS æquè ac SPECTATORIB. ERUDITIS,

MODERATORE

M. CHRISTIANO FUNCCIO,

RECT. GORLIC.

plerag; ἀπὸ τῶν 50 ἀνεκδότων, ὡς Gr. amant loqui, et ex prompta memoria, exhibita.

TOMUS III TIUS

BIBLIOTHECA GORLICENSIS
BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

244

FELICITER!

Posteaqvam
Annò superiori, Nonis Februarii,
NEOMAGI
Supremi Irenarchæ auspiciis surgens,
SOL IRENICVS IN GERMANIA DENVO EXORTVS:

ACTUM IRENICUM TRIPARTITUM,

ACTUM

nempe
de
PACE COELITUS S. IMP. ROMANO REDONATA

SYMBULEUTICO-EVCHARISTICO-SYNCHARMATICUM,

qvem
GORLICII LUSATORUM
in
Lætisono Pegmate,
ANNO clↄ Iↄc LXXX.
D. IV. V. VI. MARTII,
Horis pomeridianis,
STUDIOSA JUVENTUS
ê promptâ memoriâ,
Variis Exercitiorum Generibus, Latinis, Græcis,
Germanicis, & prorsâ, & vorsâ orat.
solemnissimè inter jubila & plausus
exhibebit,
HILARIA PACIS,
undiqvaqve tenus hac celebrata,
repetiturus,
publicat,
DOCTOSQVE OMNES,
cujuscunq; Ordinis, Status ac Gradus, intra & extra urbem sint,
officiosissimè ac peramanter invitat
CHRISTIANUS FUNCCIUS,
Aug. Gymn. Gorl. R.

GORLICI,
TYPIS HÆREDUM CHR. ZIPPERI.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Tandem verò?

TMò tandem unica votorum omnium ac ſuſpiriorum Meta, fœcunda omnigenæ felicitatis Mater, alma Religionis Virtutumq; omnium Nutricula, optuma bonarum Artium ac Partium Auctrix & Fautrix, certisſima Legum honeſtarum Executrix, Res omnibus triumfis potior, Vox unig qvidem Syllabæ, ſed infinitorum commodorum feracisſima *PAX*, *PAX* omnis ſecuritatis fomes, Boni publici radix, opulentiæ ſeges, cujus vel nomen dulce, & res ipſa cùm jucunda tum ſalutaris, ut *EUROPÆO ORBI*, ita ſpeciatim *GERMANIÆ*, Regionum qvarumcunq; germinantisſimæ, qvæ per horribiles bellicarum calamitatum tempeſtates miſerè multis locis diſtracta, rupta, rapta, jactata, deſolata, neqve & unâ clade ac ſtrage hominum propè enecta fuerat, ſingulari *TRINUNIUS IRENARCHÆ* gratiâ eſt reddita. Exaudivit nempe pro ineffabili miſericordia ſua Germaniæ, graviter bello concuſſæ, gemitus, gemitus freqventer per hos IIX. Annos inter ſolemnes Ferias effuſos, clementisſimus Deus, atqve poſt inæſtimabiles, ut *Potentiſimorum CONCILIATORUM*, ita *Eminentiſimorum LEGATORUM*, qvos Imperator, qvos præcipui Europæ Reges, qvos Electores & Imperii Principes, qvos liberæ Belgii Respubl. *NEOMAGUM*, qvos & deniq; *LONDINUM Scanorum*, cum plenâ potentiâ ad pacificandum miſerant, vigilias, curas, ſollicitudines ac labores aureæ Pacis beneficium, ut diducto ab omnibus ſinu exciperetur, Sacro Imperio Rom. redonavit. Magnum profectò hoc & ingens beneficium eſt: qvò nullum præſtantius atq; excellentius aut indulgere Terris *DIVINA BONITAS*; aut *Auguſtiſimus Imperator-Cæſar*, *LEOPOLDUS*, *celſa FERDINANDI PACIFICI*, *in longas poſt fata ſua ætates victuri*, *Progenies*, *Sol Cœli Auſtriaci ſplendidiſimus*, *Orbis Germanici Oculus vigilantiſimus*, ſatius cum *Invictiſimo Galliarum Rege*, *Rege prudentiâ & opulentiâ potentiſimo*, *imò nec armis uſurpandis infelici*, *LUDOVICO*, pacis aurū, qvàm prolixam victoriarum ſpem putans, in Germanos conferre; aut *Sereniſimus Saxon. Elect. JOHANNES GEORGIUS II. Princeps ac Dominus noſter longè Clementiſimus*, *pacis ac lætitiæ hujus Dator Munificentiſimus*, Magnus qvidem *ENSIFER*,

ſed

ſed verus ipſe *PACIFER*, pacem ſemper in ſcrinio pectoris circumferens, indeqve & *PACIFICI* non minùs ac *OPTUMI* cognomen gerens, conſervare nobis potuisſent. Namq; ſi Deum nihil aliud eſſe novimus, qvàm qvandam in ſemetipſo ſtabilem & nunqvam ſibi disſidentem poteſtatem, qvaſiqve perpetuam qvandam ſecuritatem ac pacem; nihil certè divinius humano Generi donari poſſe putabimus: qvàm qvod ipſe propemodum eſt. Sed neq;, in ulla re alia Regnorum ac Civitatum finem, qvàm in felicitate publicè poſitum, putabimus. Qvò qvum omnes cogitationes, curæ atq; vigiliæ referri â Principibus perpetuò debeant, nihil profectò dignius munere ſuo facere; nihil melius Suis ac majus præſtare poſſunt: qvàm ſi aut ruptam ac interverſam armis pacem reſtituant maturè atq; inſtaurent; aut â Majoribus ſuis partam tueri ſtudeant. Et pacem Boni Principes, ſi rupta fortè aut armis interverſa fuerit, cur maturè nō reſtituerent? cur & ipſi diu partam illam tueri non ſtuderent? Norunt qvippe, pacem Pandoram cœlò delapſam eſſe: qvæ, qvicqvid juvat aut prodeſt, impertiat ac donet: non ut doloſè, ceu Heſiodéa illa, inſidietur ac pœnas ſumat; ſed ut muneribus ſuis omnibus proſit, ac felices omnes faciat: qvi rectè ac ſapienter eâ uti velint. Omnia nimirum fovet, omnia recreat ſuſtinetqve pax. Nec qvicqvam tam amœnum aut bonum eſt: qvod illa non ſvavius meliusq; efficiat. Præprimis autem ſvaviorem DEI cultum, meliora Sapientiæ ſtudia pax reddit, ſacra omnia profanaqve amicâ ſubinde tranqvillitate, qvâ ubiqve ſtipata incedit, conſervans: qvum vice verſa bellum vaſtâ id mole invehat: qvod miſerrimas res noſtras atqve calamitoſisſimas reddere poteſt. Agnoſcamus ergò tantum pacis cœlitùs redonatæ beneficium: cujus vis ac virtus qvanta futura ſit, etiamſi nondum ſatis omnes intelligant, ſpes tamen eſt, fore brevi: ut uberrimos ſvaviſſimosq; fructus ejus univerſus, qvacunqve patet, Europæus Orbis ſentiat atqve percipiat. Aderit namqve, aderit Deus, qvæ ineffabilis ejus bonitas eſt, beneficio huic ſuo, atqve ut armis triſtisſimis finem tandem ſtatuit, Germaniæqve noſtræ univerſalem pacem redonavit; ita poſt jucundisſimi hujus ſideris exortum plenam atq; adultam lucem per omnes terras longè lateqve diſperget. Neqve verò agnoſcamus tantummodò, qvod indulſit terris Opt. Max. DEUS, qvod Invictisſimus Rom. Imperator in Germaniam contulit, qvodq; Sereniſsimus Saxon. Elector nobis mirâ arte ac prudentiâ inter medias belli flammas conſervavit, nunqvam ſatis prædicandum pacis beneficium; ſed & gratias DEO immortali ac laudes pro eo ſolvamus, ipſumq; asſiduis precibus oremus: ut ad poſteros qvoqve intemeratam transferat: qvæ ſe nobis oſtendit felicitas. Si brevi namqve illa deſineret,

ret, vera non esset. Nec etiã certa securaq; pax foret: si brevi viserentur iterum; si audirentur arma. Ac huic qvidem negotio ut *INDULGENTISS. PATER PATRIÆ* certum superiori Anno diem, *diem*, juxta Stylum veterem, *II. Novembr.* qvò ipso FESTUM PACIS EUCHARISTICUM per universas Saxo-Electorales Provincias celebraretur, pro singulari sua & in DEUM T.O.M. pietate, & patriam providentiâ præstituerat: ita nos eidem, in societatem publici ex fausta pacis recuperatione gaudii venire gestituri, proximè futurâ, DEO volente, septimanâ per triduum pomeridianum vacabimus. Ita tanto autem pietatis negotio, etiamsi paulò seriùs, longè tamen sinceriùs, vacaturi sumus: ut ACTU IRENICO TRIPARTITO in Augusto nostro Gymnasio HILARIA PACIS repetamus, *Parte* qvidem *priori* de *prærogativa PACIS & BELLI* consultaturi; *posteriori* decentes pro *cœlitùs redonatâ Pace* gratias relaturi; *tertiâ PACEM impetratam* Summatibus gratulaturi. Gratulabimur nempe civiliter ACTU SYNCHARMATICO; gratias referemus ACTU EUCHARISTICO; consultabimus ACTU SYMBULEUTICO. Omninò enim, post totidem arma victricia passim circumlata, consultandum: *utrum PAX nobis reddita, an BELLUM sopitũ præstet?* Reddendæ & insuper præprimis DEO sunt gratiæ ac laudes: qvòd Patriam communẽ, ex procellis & tempestatibus, qvib9 passim jactata, qvassata ipsa misereq; jactata fuerat, eripuerit, pacemq; totidẽ votis oratã, tandem exoratam eidem redonaverit. Mirificè porrò gratulandum & lætitiis omnibus lætandum, imò, qvantũ possumus, triumfandum nobis: qvòd post tot annorum bella tristissima, post tot immensas calamitates & clades, qvibus exercita nostra Germania, exercita & vicina circùm Regna vexataq;, toties interceptum exoptatissimæ pacis nomen *NEOMAGI*, & *LONDINI* qvoq; *SCANORUM*, proclamari cœperit, ipsaq; pax tandem reddi. Trinum itaqve illud qvum *D. IV. V. VI. Martii*, *horis pomeridianis*, solemniter in Acroaterio sup. Gymn. nostri facturi simus, *omne trinum perfectum esse*, subindè memores: agite *PROCERES*, cujuscunq; Ordinis ac Dignitatis intra & extra Urbem sitis: agite, insto, qviqvi nomen dudum vestrũ pietati ac humanitati professi estis, sive *SUMMI*, sive *MEDIOXUMI*, sive *IMI* sitis; sive *NOBILI* sitis, sive *IGNOBILI* locò nati: præprimis autẽ *PATRES Reipubl. nostræ CONSCRIPTI* agite: agite omnes, agite singuli, qvos *æqvus amavit Jupiter, aut simplex evexit ad æthera virtus*, atqve freqventiâ vestrâ honorificâ sanctissimo Numini devotionem, Pacis studiosissimis terræ Regibus ac Principibus reverentiam, nostris conatibus favorem, omni officiorum genere demerendum, comprobate! *P.P. GORLICII Lus. Anno clɔ Iɔc XXC. V. Kal. Mart.*

PERSONARUM ac RERUM
ACTUS IRENICI TRIPARTITI SYLLABUS.
Spectabuntur & audientur
ACTU SYMBULEUTICO

I. *INVITATOR,*

JOHANNES Hertwig de NOSTITZ, *Nob. Lus.*
Consultationis politicæ Themate, tanqvam Pomô qvodam Eridos in medium projectô, ad amicè consultandum, Paxne, an Bellum præstet, *SUFFRAGATORES, AUDITORES verò ad benevolè auscultandum invitaturus.*

II. *SUFFRAGATORES,*

I. SAMUEL Schultz / *Sora-Lus.*
Suffragator in politica illa de PACIS ac BELLI PRÆROGATIVA Consultatione Prior, pro PACIS PRÆROGATIVA ipse dicturus.

II. JOH. DANIEL MOENIUS, Bischoffsvv. Misn.
Alter in eadem Consultatione Suffragator, pro BELLI dicturus ipse PRÆROGATIVA.

III. *INTERLOCUTOR,*

GEORG. RUDOLPH. de ZANGEN, Nob. Sil.
in occursum alteri Suffragatori dum veniet, brevi eundem, antequam ad dicendum prodeat, Interlocutione compellaturus, animaturusq; & ipse illum: ut, qvum observatum fuerit, prius suffragium, in Pacis favorem prolatum, Auditoribus haud omninò displicuisse, apertè, sive sententiam mutaverit, sive animum in ea obfirmaverit, dicat: Pacine, an Bello plus tribuendum?

IV. *ARBITER,*

PHILIPPUS SAMUEL de ZANGEN, Nob. Sil.
literariam hanc, formatô rectè Controversiæ politicæ statu, litem pro æqvanimitate ita diremturus: ut laus qvidem sua alteri Suffragatori maneat, palma verò Suffragatori primo tribuatur: qvippe qvi rectè, benè, bellè, pulchrè pro PACIS IMPETRATÆ PRÆROGATIVA dixerit. Ne tamen gratis qvicqvam ipse de impetrata Pace dixisse videatur: ad ORATIONEM HANNIBALIS, qvâ Pacem olim à Scipione Dux fortissimus contendit, tanqvam ad bonæ causæ Asylum provocabit.

V. *ORATORES,*

JOHANNES Brunst / *Gryphisvv. Pom.*
HANNIBALIS de PRÆROGATIVA PACIS Orationem Græcam è POLYBII Lib. XV. recitaturus.

GEORGIUS Hahn | Zedinensis March.

Orationem Hannibalis de prærogativa Pacis Latinam ê LIVII Lib. XXX. repetiturus.

VI. *INTERPRES,*

VVIGANDUS Möller | *Gorl. Luſ.*

Latinam Orationis Græcæ, qvæ Hannibalis de prærogativa Pacis erat, ê Caſauboni interpretatione recitaturus Metaphraſin.

VII. *APPLAUSOR,*

JOHANNES HENR. Räthel | *Sprotta-Sil.*

conſultantium conatus approbaturus, atq; iisdem deinceps Argumentis, qvibus Hannibal in ſvadenda Pacis prærogativa olim uſus, oſtenſurus: qvanta præ Bello Pacis ſit prærogativa. Ubi autem receptui is canet, Verſus hos Euripidis ê POLYB. L. XII. ſuſpirabit:

Εἰρήνα ϛαθύπλοϛε,
Καλλίϛα μακάρων Θεῶν,
Ζῆλός μοι σέθεν ὡς χρο-
νίζεις!

IIX. *PACIS NUNCIUS,*

JOHANNES DAVID Rotſch | *Gorl. Luſ.*

audito ſuſpirio hoc Euripidis, ê Commilitonum Coronâ ſurrecturus, ipſeq; & venerabili Auditorio exoptatum univerſalis Pacis reditum Carmine Heroico nunciaturus.

IX. *SALUTATOR,*

SIGISMUNDUS Kocker | *Gorl. Luſ.*

læto illo Pacis nuncio auditô proditurus, beneq; & ipſe ſalvere poſtliminiò redeuntem Pacem eodem Carminis genere juſſurus.

ACTU EUCHARISTICO

I. *INVITATOR,*

CHRISTOPHORUS Popig | *Gorl. Luſ.*

ad gratias pro Pace, Europæo Orbi, inq; hoc GERMANIÆ noſtræ potiſſimùm, redditâ, agendas Commilitones invitaturus, iisdemq; benevolas in calce ſermonis aures eblanditurus.

II. *GRATIARUM ACTORES,*

I. GODOFREDUS Trauſchke | *Gorl. Luſ.*

humillimas conjunctim, ut OPT. MAX. DEO, ita Celſiſſimis PACIS CONCILIATORIBUS, Magnæ Britanniæ Regi & Saxon. Electori, nec non cæteris tanti Boni Pararis, Summis nempe LEGATIS, qvos Neomagum Belgii & Londinum qvoq; Scaniæ, cum plenâ Potentiâ ab Imperatore, Regibus ac Prncipibus miſſos, vidit, gratias relaturus.

II. JO-

II. JOHANNES Schön / Gorl. Lus.

gratias decentes seorsim Potentissimo ac Serenissimo Electori Sax. JOHANNI GEORGIO II. *Patri Patriæ Indulgentissimo, humili animô acturus; qvòd, in mediis illis turbis bellicis de Pacis potiùs qvàm Belli artibus cogitans, sua cum commodo totius Patriæ consilia ad Pacem & tranqvillitatem, in terris suis conservandam, dirigi maluerit, qvàm periculoso immisceri Bello.*

III. CALIXTUS Buchschor / *Forstâ. Lus.*

humiles Reverendus. ac Serenissimo Principi, CHRISTIANO, *Duci Saxon. Jul. Cliv. Mont. Postulato Episcop. Martisburg. Administratori, pro pacis ac tranqvillitatis in Lusatia Inferiori, perq; cæteras ditiones Ducales, conservatione gratias pio ore habiturus.*

IV. DAVID Stöter / *Forstâ-Lus.*

seorsim & ipse immortales immortali DEO *pro Universali hac Pace, Germaniæ nostræ cœlitùs reddita, Oratione Germanicâ persoluturus.*

V. JACOBUS Hahn / *Sorâ-Lus.*

Carmen Eidem DEO *Eucharisticum pro reddita Pace ab ore pio fusurus.*

VI. Gottlob Voltz / *Zittaviâ-Lus.*

paulò breviori Carmine Græco Optimo Maximo DEO *vitulos labiorum suorum immolaturus.*

VII. JOH. BALTHASAR MARTINI, *Cotbus. Lus.*

Idem Pietatis Officium Poëticâ Græcâ Cap. XII. *Esaiæ Paraphrasi præstiturus.*

VIII. CHRISTIANUS Schweitzer / *Gorl. Lus.*

Paraphrasin Ejusdem Cap. Poëticam Latinam, ut grati sui animi studium DEO, *supremo Irenarchæ, probet, recitaturus.*

III. *PSALMODI,*

1. EDUARDUS ERMELIUS, *Cotbusio-Lus.*

Psalmi David. CL. Paraphrasin Metro-Rhythmicam Ebraicam;

2. JOHANNES ADOLPHUS Seiler / *Gorl. Lus.*

Psalmi Ejusd. Paraphrasin Metro-Rhythmicam Syriacam;

3. JOHANNES NEUMANNUS, *Gorl. Lus.*

Psalmi laudati Paraphrasin Metricam Græcam;

4. JOHANNES CHRISTOPH. Schultz / *Bescov. Lus.*

Psalmi hujus, qvæ ab Illustrissimo Principe MAURITIO, *Landgravio Hassiæ, Carmine Elegiaco olim scripta ac edita habetur, Paraphrasin Metricam Latinam;*

5. JOHANNES DONATUS Kohler / *Hirschbergâ-Siles.*

Psalmi Ejusd. Paraphrasin Rhythmicam German. gratæ mentis studiô recitaturi.

ACTU SYNCHARMATICO

I. *INVITATOR,*

JOH. CHRISTIANUS HOMILIUS, *Odera-Misn.*
Commilitones ad gratulandum, nec uno tamen nomine, de universali hac impetrata Pace, stylo Buchneriano invitaturus, idq; vel ita sermone suo facturus: ut ab omnibus intelligatur: quantum Bonum Europæo Orbi cœlitùs restitutum sit.

II. *GRATULATORES,*

I. MICHAEL Wiedemann / *Lauba-Lus.*
Gratulator Gen. Imus, prolixâ Orat. è contrariis Belli sopiti damnis Germaniæ nostræ de cœlitùs restituta Pace gratulaturus, idq; ipsum ita qvidem facturus: ut simul inter Auditores omnes luculenter constet, omnes omninò Vitæ humanæ Status Belli sopiti incommodis miserrimè turbatos & tantum non eversos esse.

II. JOH. ADOLPHUS Seiler / *Gorl. Lus.*
Gratulator Gen. IIdus Pacem Germaniæ restitutam Carmine gratulaturus Elegiaco Lat.

III. RAPHAEL de Tschammer / *Nobilis Sil.*
Augustissimo Imperatori Rom. LEOPOLDO, Germ. Hung. & Bohem. Regi, Austriæ Archi-Duci Pio, Felici, Victorioso, Inclyto, de Bello hoc cruentò feliciter composito, deq; Pace ex voto German. nostræ restitutæ humillimè gratulaturus.

IV. JOH. ADAMUS Hoffsteter / *Schemnitz. Hung.*
Eidem SUMMO IMPERII CAPITI ex hodierna Politicorum Poësi per modum argutæ Inscriptionis Pacem impetratam gratulaturus, ipseq; & deinceps Sacratissimo ac Invictissimo Imperatori-Cæsari bene precaturus.

V. JOH. HENRICUS Ràthel / *Sprotta-Sil.*
proximæ huic à DEO Majestati, LEOPOLDO nempe Imo, Romanorum Imperatori Opt. Max. Patri Patriæ Pio, Felici, Invicto, ob totidem atrocissimos Belli motus sedatos, nec non ob Germanam Germanis feliciter restitutam Pacem, Carmine Epico Latino BONA VERBA dicturus.

VI. BARTHOLOMÆUS Gehler / *Gorl. Lus.*
Invictissimo seorsim ac Potentiss. M. Britanniæ & Hiberniæ Regi, CAROLO II. Pio, Justo, Forti, Clementi ac Benefico Principi, de CONCILIATIONIS illo, feliciter in Neomagensi Pacificatione expeditò Opere, gratulaturus.

VII.

VII. GEORGIUS RUDOLPHUS de ZANGEN, *Nob. Sil.*
ad Eundem Invictissimum ac Potentissimum Regem in nostra Vernaculâ Gratulatorium de feliciter peracto Conciliationis Opere, qvod, cruento Bellò concertantibus sese laudabili conatu interponens, totius Europæ commodo fideliter susceperat, Sermonem submississimè habiturus.

VIII. JACOBUS Hahn / *Sorâ-Lus.*
Serenissimo ac Potentissimo Danorum, Norvvegorum, Gothorum ac Vandalorum Regi, CHRISTIANO V. Principi Justo, Magnanimo, Augusto, de Pace, Daniæ ac Norvvegiæ auspicatò redditæ, religiosissimè gratulaturus.

IX. JOHANNES BRUNSTIUS, *Gryphisvv. Pom.*
POMERANIÆ de prisco per Pacem cœlitùs redditam reddito Domino, CAROLO nempe, Svecorum Rege Optumo, clementer sibi reddito, gratulaturus.

X. PETRUS Westphal / *Gryphisvv. Pom.*
Serenissimo ac Potentissimo Svecorum, Gothorum ac Vandalorum Regi, CAROLO XI. Pomeraniæ restitutionem, qvæ per restitutam Germ. Pacem facta, subjectissimè gratulaturus.

XI. JOH. DANIEL MŒNIUS, *Bischoffsvv. Misn.*
auream MISNIÆ suæ, inter medias Belli flammas, ut divina ope, ita assiduis Serenissimi Elect. Saxon. curis ac vigiliis conservatam, Pacem Poëmate German. gratulaturus.

XII. JOH. Hertwig de NOSTITZ, *Nobil. Lus.*
Serenissimo ac Potentissimo Saxon. Elect. JOHANNI GEORGIO II. Patri Patriæ Pio, Pacifico, Felici, de pacato ac tranqvillo, qvod Consiliis pacificis simul ac Armis spiritualibus per omnes Terras suas in mediis belli motibus servavit, Regimine non parva animi submissione gratulaturus.

XIII. CHRISTIANUS GABRIEL FUNCCIUS, *Freib. Misn.*
Eidem Indulgentissimo Patri Patriæ de impetrata per Pacificationem Londinensem, in qva CONCILIATORIS partes fideliter impleverat, Boreali Pace, deq; & ipso Bello Dano-Svecico feliciter sopito, humillimè in nostra Vernacula gratulaturus.

XIV. HENR. ANSHELMUS de Zigler / *Nobil. Lus.*
Serenissimo ac Celsissimo Principi, Electoratus Saxon. unico Hæredi, JOHANNI GEORGIO III. Lusatiæ hujus Sup. Pro-Marchioni Illustrissimo, de Pacis, feliciter restauratam hanc Germaniæ Pacem securis, Diebus devotissimè gratulaturus.

XV. CHRISTOPHORUS Meirich / *Lauba-Lus.*
Eidem Soli nostro Orienti, Principi nempe ac Domino nostro longè Clementissimo, JOH. GEORGIO III. NOVAM AFFINITATEM, qvæ in novissima Pacificatione Londinensi per ULRICAM ELEONORAM, D. FRIDERICI III. Regis olim Dan. ac Norvveg. natæ

minorem Filiam, germanam Augustæ Conjugis, ANNÆ SOPHIÆ, *Sororem, feliciter tandem, Serenissimo Electore nostro per Eminentiss.* Legatum *cooperante, Potentissimo Svecorum* Regi, CAROLO XI. *desponsatam, nata ipsi ac data, Teutonico humillimè gratulaturus Sermone.*

XVI. CHRISTIANUS RANISIUS, *Gorl. Lus.*

Illustrissimis & Eminentissimis SANCTIORIS CONSILII SAXO-ELECTORALIS SENATORIBUS de exoptatô Consiliorum Pacis, qvæ tenus hac laudabiliter dederunt, eventu sanctissimè gratulaturus.

XVII. JOACHIMUS Specht / *Gorl. Lus.*

Illustrissimo Domino, Dno NICOLAO S. R. I. *Banderesio & Libero* Baroni *de GERSDORFF, Serenis. Electoris Saxon. Consiliario* Intimo *& Comiti Excellentissimo, ad Comitia* Londinensia Legato *ac* Pacis Se*qvestro Eminentiss. de IMMORTALI NOMINE, qvod, tantæ* Le*gationis munere felicissimè expeditô, sibi peperit, subjecto animi cultu gratulaturus.*

XIIX. CHRISTIANUS Bütner / *Hirschb. Sil.*

Illustrissimis Lusatiæ *nostræ* Sup. *ORDD. PROVINCIALIBUS pacatum -c tranqvillum* Rerum *statum, qvô è singulari DEI* Gratia *sub Umbra* Rutæ Saxo-*Elect. per utrumq;* Budissinensem *nempe &* Gorlicensem, *Circulum in mediis* Belli *sopiti turbis fruiti, decenter gratulaturus.*

XIX. SIGISMUNDUS Rasch / *Forsta-Lus.*

Idem Pietatis Officium *Illustrissimis* Lus. *Inferioris ORDD. PROVINCIALIBUS, ob conservatum ibidem aureæ Pacis bonum ac donum, submissè præstiturus.*

XX. JOHANNES LISCHOVINUS, *Bestertz. Hung.*

Nomine Exulum Hung. GORLICIO nostro gratulaturus, simulq; & ipse eidem inclutæ Urbi bene precaturus. Gratulabitur *autem ille Urbi: qvòd Benignissimus* DEUS *sub gratissima Pacis umbrâ qviescere eam tenus hac clementer permiserit. Deinceps & Idem ille laudatissimæ Urbi precabitur: ut Cœli Numen tantum Pacis bonum perpetuum eidem esse velit.*

XXI. GEORGIUS ERMELIUS, *Cala-Lus.*

AMPLISSIMO REIPUBL. GORL. ORDINI de pacato qvoq; ac tranqvillo, qvo in hunc usq; ille usus fuit diem, Regimine animitq; gratulaturus.

XXII. CHRISTIANUS MARTINI, *Bescov.* Lusat.

perqvàm Reverendo ECCLESIÆ GORL. MINISTERIO, nec non CL. GYMNASII COLLEGIO, HALCYONIA tandem, qvæ inter ipsos terrores Martis utriq; Colleg. clementissimè concessit Deus, qvæq; & longiùs, qvod speramus, post Universalem *hanc redditam Pacem, nobis concessurus est, ὑπερόφιον gratulatum iturus.*

III. *EPILOGUS*

DANIEL Rasch / *Forstà-Lus.*

debitas Venerabili Auditorio sub trium Gratiarũ schemate gratias actu-ro, indeq; & ipse colophonem, ut SYNCHARMATICO, ita EUCHARISTICO ac SYMBULEUTICO ACTUI gratæ mentis studiô impositurus.

Acce-

Accedit
HANNIBAL PACIFICUS,
h. e.
Hannibalis, ap. LIVIUM qvæ legitur,
prudens Oratio
de
PRÆROGATIVA PACIS.

SI hoc ita fato datum erat: ut, qvi primus bellum intuli populo Romano, qviqve toties propè in manibus victoriam habui, is ultrò ad pacem petendam venirem: lætor te mihi sorte potissimùm datum: à qvo peterem. Tibi qvoq; inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit, Hannibalem, cui de tot Romanis ducibus victoriam Dii dedissent, tibi cessisse: teq; huic bello, vestris prius, qvàm nostris cladibus insigni, finem imposuisse. Hoc qvoq; ludibrium fortunæ casus ediderit: ut cum patre tuo Consule ceperim arma; cum eodem primùm Romano Imperatore signa contulerim; ad filium ejus inermis ad pacem petendam veniam. Optimum qvidem fuerat, eam patribus nostris mentem datam ab Diis esse, ut & vos Italiæ, & nos Africæ imperio contenti essemus. Neq; enim ne vobis qvidem Sicilia atq; Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tamq; egregiis amissis ducibus. Sed præterita magis reprehendi possunt, qvàm corrigi. Ita aliena appetivimus: ut de nostris dimicaremus: nec in Italia solùm vobis bellum, nobis in Africa esset. Sed & vos in portis vestris propè ac mœnibus signa armaq; hostium vidistis: & nos ab Carthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus. Qvod igitur nos maximè abominaremur, vos ante omnia optaretis. In meliore vestra fortuna de pace agitur: agimus ii, qvorum & maximè interest, pacem esse: &, qvi qvodcunq; egerimus, ratum civitates nostræ habituræ sint. Animo tantùm nobis opus est, non abhorrente â qvietis consiliis. Qvod ad me attinet: jam ætas senem in patriam revertentem, unde puer profectus sum; jam secundæ, jam adversæ res ita erudierunt: ut rationem seqvi, qvàm fortunam malim. Tuam & adolescentiam, & perpetuam felicitatem, ferociora utraq;, qvàm qvietis opus est consiliis, metuo. Non temerè incerta casuum reputat: qvem fortuna nunqvam decepit. Qvod ego fui ad Thrasymenum, ad Cannas, id tu hodie es. Vixdum militari ætate imperio accepto omnia audacissimè incipientem nusquam fefellit fortuna. Patris & patrui persecutus mortem, ab calamitate vestræ domus decus insigne virtutis pietatisque eximiæ cepisti: amissas Hispanias recuperasti: quatuor inde Punicis exercitibus pulsis, Consul creatus: qvum cæteris ad tutandam Italiam parum animi esset, transgressus in Africam, duobus hic exercitibus cæsis, binis eadem horâ captis simul incensisque castris, Syphace, potentissimo rege, capto, tot urbibus regni ejus, tot nostri imperii ereptis, me sextum decimum jam annum hærentem in possessione Italiæ detraxisti. Potest victo-

EXORD. à consilii sui commendatione ex caussa fatali.

CONTENTIO per argumenta IV. pro pace: quorum duo honestatem, totidemq; utilitatem attingunt

riam malle, quàm pacem, animus. Novi vobis ſpiritus magnos magis quàm utiles: & mihi talis aliquando fortuna affulſit. Quòd ſi in ſecundis rebus bonam quoque mentem darent Dii: non ea ſolùm, quæ eveniſſent, ſed etiam ea, quæ evenire poſſent, reputaremus. Ut omnium obliviſcaris aliorum: ſatis ego documenti in omnes caſus ſum. Quem modò, caſtris inter Anienem atque Urbem veſtram poſitis, ac jam prope ſcandentem mœnia Romana videras; hic cernis, duobus fortiſſimis viris, fratribus clariſſimis, imperatoribus orbatum, ante mœnia propè obſeſſæ patriæ, quibus terrui veſtram urbem, ea pro mea deprecantem. MAXIMÆ cuique fortunæ minimè credendum eſt. In bonis tuis rebus, noſtris dubiis, tibi ampla ac ſpecioſa danti eſt pax, nobis petentibus magis neceſſaria, quàm honeſta. Melior tutiorque eſt certa pax, quàm ſperata victoria: hæc in tua, illa in Deorum manu eſt. Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis diſcrimen. Cùm tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque belli communem, propone animo. Utrinque ferrum, corpora humana erunt. Nuſquam minùs quàm in bello eventus reſpondent. Non tantùm ad id, quod data pace jam habere potes, ſi prælio vincas, gloriæ adjeceris; quantum ademeris, ſiquid adverſi eveniat. Simul parta ac ſperata decora unius horæ fortuna evertere poteſt. Omnia in pace jungenda tuæ poteſtatis ſunt P. Corneli: tunc ea habenda fortuna erit, quam Dii dederint. Inter pauca felicitatis virtutisq; exempla M. Attilius quondam in hac eadem terra fuiſſet: ſi victor pacem petentibus dediſſet patribus noſtris: ſed non ſtatuendo tandem felicitati modum, nec cohibendo efferentem ſe fortunam, quantò altius elatus erat, eò fœdiùs corruit. Eſt quidem ejus, qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis: ſed forſitan non indigni ſimus: qui nobismet ipſis mulctam irrogemus. Non recuſamus: quin omnia, propter quæ bellum initum eſt, veſtra ſint; Sicilia, Sardinia, Hiſpania; quicquid inſularum toto inter Africam Italiamque continetur mari. Carthaginienſes, incluſi Africæ littoribus, vos (quando ita Diis placuit) externa etiam terrâ marique videamus regentes imperia. Haud negaverim, propter non nimis ſincerè petitam aut exſpectatam nuper pacem, ſuſpectam eſſe vobis Punicam fidem. Multum, per quos petita ſit, ad fidem tuendæ pacis pertinet, Scipio. Veſtri quoque (ut audio) patres nonnihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem. Annibal peto pacem: qui neque peterem: niſi utilem crederem. Et propter eandem utilitatem tuebor eam: propter quam petii. Et quemadmodum, quia à me bellum cœptum eſt, ne quem ejus pœniteret, quoad ipſi invidere Dii, præſtiti: ita annitar, ne quem pacis per me partæ pœniteat.

PERORATIO cum Prolepſi de Punica fide: cui quidem IV. Arg. evertentibus Occurritur.

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUW

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUW

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUW

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Actus
Solemnior Sacer
de
Fallitio
Messiæ
Deprehensi,

ex libris
S. Studiosæ Juventutis
Gymnasii Gorlicensis
Ao 1710 Die XXX
d. 31. Januarii.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Quem Deus non aliud nisi Jesum
esse voluit filium

Jesus Christus ipse sedulus Homero;

Sed pretereundum est furibus
est fenerarius.

Prolixitas nocet.

Nocet auditoribus.

Nocet deliberando.

Nocet delassando.

Debilitat cibum.

Delassat aures.

Breviter ante absolvitur.

certe expenda ipsa die crastina:

si Deus voluerit:

si esse vivi simus.

Vos Prugarum Patroni,

Vos Fautores,

Vos Amici:

Quotquot rogati confluxistis:

quotquot congaudistis:

quotquot indulgentiis:

Ite Laetis, Pedum. LICET.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

237

Ah felix, felix, quisquis sublimia cœli
Exemplo Christi fidenat et alta petit!
Is simul indivisa colet palatia cœli
Nam quidem a membris dissociasse caput!

Quod superest: Vobis grates de pectore solvo,
Conscripti Patres, Lumina clara fori
Et vobis reliqui, Claria Permessidos unda
Qui finiti colitis suspicitisq; Scholam

Quod patulas aures facturis verba dedistis
Hausistis voces mente lubente pias
Vos colimus, vos suspicimus, sequimurq; volentes
Et pia pro vestra vota salute damus

Vivite felices Pulli triteridis ævi
Sit Morbona procul, tu Libitina vale

Johannes Henricus Oderus
Sora-Lusatus

238

RUTH

LENTECOST

SPIRITUS S

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

us S. esse oferta? Nonne dixi: Ventum tenui nascentia fove-
coctare; pariterq; et SPIRITUM S. fovere atq; ad Salutem nos
e? Nonne dixi: Ventum navigantes ducere ad portum, pariterq;
ITUM S. Ecclesiam navicularum suam docendo veritatem recte,
rtum provehere, nosq; tandem ad portum Sequitatis, hoc Est,
eternam inter medios persecutionum fluctus deducere? Quis
Consilium, clara vox, ut gaudium vocis possit, mecum jam
unaret? O illustrissimum SPIRITUS S. Emblema! O ele-
um SPIRITUS S. Symbolum! Nec certe lacti, ovum ovo
similius, quam SPIRITUS S. quod certe Comparati-
tra similis est ventus. Vos, vos itaq; Symmachi Sva-
SPIRITUM S. animarum nostrarum nautum, certissimum
ostri triumphum, suavissimum solatium, summam captivorum
n, clarissimum sonorissimum limen, calidissimum friduorum
n ignem, bonorum omnium fontem, Deum venerantur,
netuite! Imprimis autem cavete ne, quod absit S.
est tristitia illa afficiatis moestiores hoc omnis boni
Nostis enim vobis, nostis sinculis per SPIRITUM
obsignatos esse in diem Redemptionis.

Qui

Carl Lunitz

Te, Rex Augustissime, coelum inter tot sacrilegorum hominum
tot
tot Catilinarias conjurationes inter Papaorum insidias consist
tot
tot particularium conjurationum tyrannidis
Judonis Regia Tua Domus cum totius Galliae
August. in terris felicitatem Constantini
sanctissime spondens.

Bartholomaeus Gallerius
Cort. Ul.

Durchlauchtigster Großmächtigster
König und Herr,

Ewere Königliche Majestät
Tag und Nacht
Nachsinnen
Nutzen
allein
Bürgern
Christenheit
Ruhe
Cent mit Christen Gottes machen
Zeitung
aus
Frieden erhalten, als können

[illegible] Befestigungen [illegible]
[illegible] der [illegible] Bestallungen [illegible]
[illegible] Bestellung [illegible]
[illegible] haben [?] und zu [illegible]
[illegible] Majestät [illegible] Erhaltung allzeit [illegible]
[illegible] gleich [illegible]
Majestät [illegible]
[illegible] halten [illegible] darum [illegible]
[illegible] derselben [illegible]
[illegible] abgesondert sind, zu [illegible] alle[r]gnädigst [illegible]

[illegible]

GRATULATIO [illegible]

[illegible]

Serenissime ac potentissime [illegible]

[illegible]

Daniae ac Norwegiae [illegible]
auspicato [illegible]
[illegible] fortuna humana
[illegible] belli huius alternatis ex
[illegible] exoptavimus, ut post difficillimorum

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski